

R. P.

CLAVDII

AQVA VIVÆ

SOCIETATIS IESV

PRÆPOSITI GENERALIS

INSTRVCTIO

Pro Superioribus

*Ad augendum conservandumque spiritum  
in Societate.*



ANTVERPIÆ,

Apud JOANNEM MEURSIUM.

M. DC. XXXV.

SVPERIORVM PERMISSV.

A D  
S V P E R I O R E S  
S O C I E T A T I S .

**A** N N I sunt propè septem ,  
cùm missa sunt ad Pro-  
vincias sex Capita , quibus  
precipua quedam Moni-  
ta, quasi fontes spiritualis nostræ admi-  
nistrationis continebantur , ad conser-  
vandam augendùmque spiritum in So-  
cietate à R. P. N. Generali excogitata ,  
& cum Patribus Assistentibus commu-  
nicata : quæ posthac Superiores lectita-  
rent studiosè , & ad faciliorem commo-  
dioremque gubernandi rationem præ-  
manibus haberent. Quin etiam anno  
antè eâ de re seriò moniti Pro-  
vinciales, qui omnino efficerent, ut in suis Pro-  
vinciis eorum copia Superioribus suppedi-

*De instruendis formandisque  
Superioribus.*

C A P U T.

**Q**UANDO QUIDEM post varias ordinatio-  
nes, post crebras Superiorum ad officii  
sui curam excitationes, post visitationes deni-  
que, tum solemnes Provincialium, tum extra  
ordinem institutas Visitatorum, nondum ta-  
men is fructus, nec spiritus incrementum aut  
fervor elucet, quem omnes optamus, & quem  
ego ut omnibus modis procurem privato ac  
præcipuo muneris mei vinculo admoneor; in  
hanc cum Patribus Assistentibus meis delibe-  
rationem veni, ut ab Vrbe per aliquot hebdo-  
madas secedentes, animum intento studio  
ad contemplandas detrimentorum nostrorum  
radices & remedia referremus. Re autem  
multis precibus & sacrificiis Deo Domino di-  
ligenter commendatâ, manifestò deprehen-  
dimus, reliquos omnes defectus ab uno exe-  
cutionis defectu tamquàm ex fonte manare:  
quia si ordinationes diversis temporibus edi-  
tæ, imò solæ Regulæ ipsæ si observarentur,  
vix admodùm esset, quod in studio per-  
fectionis, religiosâque disciplinâ desidera-  
retur. Et quoniam hæc ipsa executio ma-  
ximâ ex parte pendet à Superioribus, pro-  
ptereâ primum ac peculiare studium in eo  
ponendum esse censuimus, ut accuratè

*Cur post mul-  
tas & varias  
ordinationes  
editas optatus  
fructus band  
extiterit.*

*Radix, exe-  
cutionis de-  
fectus.*

*Via executio-  
nis maximè ab  
optimis Supe-  
rioribus pen-  
det.*